



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

XXIX. Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monasterio. Transfugæ
& ejecto, veteri se subdere tecto Ter permittatur: deînde repulsa datur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

6. MART. 6. JULII. 5. NOVEMB.

CAPUT XXIX.

Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monasterio.

Frater, qui proprio vitio egréditur aut projicitur de Monasterio, si reverti voluerit, spondeat prius omnem emendationem vitii, pro quo egressus est; & sic in ultimo gradu recipiatur, ut ex hoc ejus humilitas comprobetur. Quòd si denuo exiêrit, usque tertio ita recipiatur; jam verò postea sciat omnem sibi reversionis aditum denegari *a.*

a) *Intellige, justè & meritò ad terrorem aliorum, & boni communis ac disciplina conservationem; etsi ex misericordiâ Abbatis ulterius recipi possit. Ità Boërius, Turrecrem. &c. Nec obstat illud Christi ad Petrum, ut dimittat non tantum septies, sed usque septuagies septies Matth. 18. Hoc enim nihil probat, nisi privatam remissionem offensa.*

7. MART.